Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



197

estis in societatem filii eius ihu xpi dni nri. Obsecro autem
vos fratres per nomen dni nri ihu xpi. ut id ipsum dicatis omnes
et non sint in vobis scismata. sitis autem perfecti in eodem sen
su et in eadem scientia. Significatum est enim mihi de
vobis fratres mei ab his qui sunt chloes. quia contentiones inter
vos. Hoc autem dico quod unusquisque vestrum dicit. Ego quidem su
Pauli. ego autem apollo. ego vero cephe. ego autem xpi. Di
visus est xpc. Numquid paulus crucifixus est pro vobis. aut in
nomine pauli baptizati estis. Gratias ago deo meo
quod neminem vestrum baptizavi nisi crispum et gaium. ne
quis dicat quod in nomine meo baptizati estis. Baptiza
vi autem et stephanae domum. ceterum nescio si quem alium vestrum
baptizaverim. Non enim me misit xpc baptizare sed evan
gelizare. non in sapientia verbi ne euacuetur crux xpi. Ver
bum enim crucis pereuntibus quidem stultitia est. his autem qui sal
vi fiunt id est nobis virtus dei est. Scriptum est enim. Perdam sapiam
sapientium. et prudentiam prudentium reprobabo. Vbi
sapiens. Vbi scriba. Vbi conquisitor huius seculi. Nonne stult
am fecit ds sapiam huius mundi. Nam quia in dei sapia
non cognouit mundus per sapiam dm. placuit deo per stultitiam
predicationis saluos facere credentes. quoniam iudei signa
petunt. et greci sapiam quaerunt nos autem predicamus xpm crucifi
xum iudeis quidem scandalum. gentibus autem stultitiam.
ipsis autem uocatis iudeis atque grecis xpm dei virtutem et dei sa
piam. quia quod stultum est dei sapientius est hominibus. et quod in
firmum est dei fortius est hominibus. Videte enim uocationem
uestram fratres quia non multi sapientes secundum carnem non mul
ti potentes non multi nobiles. sed quae stulta sunt mundi ele
git ds ut confundat sapientes. et infirma mundi ele
git ds ut confundat fortia. et ignobilia et contemptibi
lia elegit ds et ea quae non sunt. ut ea quae sunt destrueret. ut
non glorietur omnis caro in conspectu eius. Ex ipso autem uos
estis in xpo ihu. qui factus est nobis sapia a deo et iustifica
tio et sanctificatio et redemptio. ut quemadmodum scriptum est

fres.